



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Cap. XIII. Sueia Magna, la Suaube.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

RI- OR	la Fran- conie.	MERI- DIO- NALIS	} Dition Moguntina: <i>Terres de l'Electeur.</i> Episc. Herbipolitanus: <i>Vvurtzbourg.</i> Episc. Bambergensis: <i>Bamberge, &c.</i>
		SAXO- NIA	
	Ducatus Lauenburgēsis: <i>Lauenbourg.</i>		
	Ducatus Luneburgensis: <i>Lunebourg.</i>		
la basse Alle- ma- gne.	la gran- de Saxe.	} SVPE- RIOR	Pomeraniæ Ducatus. Stetinum: <i>Stetin.</i>
			Ducatus Brunsvicensis: <i>Brunsvik.</i>
VEST- PHA- LIA	la Vest- phalie.	}	Ducatus Megapolitanus: <i>Mekelbourg.</i>
			Marchia Brandenburgica: <i>Brandebourg.</i>
			Ducatus Saxonix: <i>Vitemberg.</i>
			Marchionatus Misnix: <i>Dresde.</i>
			Thuringia, Erfurdia: <i>Erford.</i>
			Voitglandia: Adorfum: <i>Adorf, &c.</i>
			Frisia Orientalis: Amasia: <i>Emden.</i>
			Comitatus Oldenburgensis: <i>Oldenbourg.</i>
			Episcopatus Monasteriensis: <i>Munster.</i>
			Episcopatus Paderbornensis: <i>Paderborn.</i>
			Episcopatus Osnabrugensis: <i>Osnabruk, &c.</i>

CAP V T XIII.

Suevia Magna, la Suaube.

NOMEN accepit ab antiquis Sueuis, de quorum limitibus diximus superiore libro. Olim regni nomine insignita fuit, quod deinde in Ducatum transit, ac demùm penitus excidit; neque enim ab aliquot seculis quispiam sibi arrogavit titulum Ducis Sueviæ. Germanicè *Schuuaben* dicitur. Regio in plerisque locis fertilis, viros alit fortissimos, fœminas pulcherrimas, sed hinc multæ famosæ in varias Germaniæ partes commigrant, & sparguntur.

§. I. *Suevia Trans-Danubiana, la Suaube au delà du Danube.*


A. L. { AVGVSTA VINDELICORVM: *Ausbourg*, Germanicè *Ausburg*, sita inter fluuios *Lech*, & *Vwartach*, vrbs pulcherrima, & palatiis potiùs quàm domibus plena; vbi

L ij.

GERMANIA RECENTIOR:

domus illa excitata à Fuggeriis instar vrbs addicta inopibus artificibus, & inopibus. Celebratur quoque ex confessione Lutheranorum quæ dicitur Augusta-na.

- G O-
VIA,
S E V
A L-
G E A
- Campidona, vel Campodunum: *Kempten*, olim *Vermeta* dicta, & postea *Vertica*, ad Fl. *Tller*, imminet ei mons *Hildemont*, aliter *Hillermont*, nunc mœnibus cinctus dictusque castrum *Burckhald*, armamentarium Reip. Adiacet quoque Abbatia vrbi cognominis, cuius Abbas Princeps Imperij, monachi omnes nobiles ab octo profapiis, quod accuratissimè seruetur, nullus gratiæ locus, aut pecuniæ.
- Isna: *Issne*, ad Fl. cognominem olim *Valpurgensium*, nunc *Imperialis* quia redemit sese.
- Vangena: *Vangen*, ad Fl. *Arg* Argum in regione vitiferâ.
- Lutkirka: *Leutkirch*, non procul à lacu *Brigantino* sub Imperij tutelâ.
- Grauensburgum: *Rauensbourg*, ad Fl. *Schuff*, antiqua ciuitas tempore *Caroli Magni*.
- Burena: *Buren*, seu *Kauf-Buren*, olim *Comitum de Hoff*, à quibus se pecuniâ subduxere sub *Carolo II*.
- Memminga: *Memmingen*, Germanicè *Gryenfur*, vel *Gryenberg*, ad Fluuiolum *Bach*, vbi species Reip.
- Biberachum: *Bibrach*, non procul à Fl. *Iller*.
- Buchornia: *Buchorn*, olim *dominorum de Rauensbourg*, pecuniâ facta *Imperialis*; ad lacum *Constantiæ* fixa est.
- Lindauia: *Lindau*, in *Insula* lacus *Constantiæ* ponte lapideo annexa continenti, vbi nobilis *Abbatia* virginum nobilium.
- Buchauia: *Buchau*, ad lacum *Federzée*, *Abbatia* celebris virginum quæ nubere possunt, cum lubuerit.
- Lagenarchia: *Lagenarch*, ad lacum *Constantiæ*, patrimonium *Monfortiorum*.
- Vberlinga, vel *Iburinga*, vel *Therlinga*: *Vberlingen*, ad lacum *Constantiæ*, quondam *Sueuiæ Ducum* sedes: vrbs est *Imperialis*, & statio nauium egregia.



GERMANIA RECENTIOR,

Scheria: *Scher*, Ducis Valpurgensis, vnde nomen regiunculæ.

Valpurgum: *Valpurg.*
 Vultachum: *Vultach.*
 Valdesca: *Valdsée.* } Comitum Valpurgensium.

Fussena: *Fussen*, Episcopi Augustani frequenti secessu celebrata.

*le pays
d'Al-
gou.*

Kirchperga: *Kirchperg*, Comitum Fuggeriorum *les Foulkrs* qui olim ditissimi Itali Mercatores ad tantam deuenire potentiam, vt nemini veterum Comitum Germaniæ cedant; adscripti sunt Imperio viri fortissimi, liberalissimi, religiosissimi.

MARCHIO-
NATVS } BVRGOVIA: *Burgouu*, ad Fl. *Mindel*, habuit
BVRGO- } olim Principes suos, nunc Austrio pa-
VIÆ } ret.

*Marquisat de
Burgou.* } Gunsperga: *Gunsbourg*, seu *Gunsperg*, vrbs
lepida ad Danubium, camera huius
Marchionatus, in Dominio *Reischnaun*.

EPI-
SCO-
PA-
TVS

CONSTANTIA: *Constance*, Germanis *Cosnitz*, aut *Costentz*, à castris Constantini nomen traxisse creditur. Nomen dedit lacui qui & *Celler-zée*, & *Bodenzée*, ad *Ratof-zée*; itē paruus vel inferior, & Venerus, ab aquis cæruleis.

CON-
STAN-
TIEN-
SIS

Merispurgum: *Merspurg*, vrbecula ad quam lacus Constantiæ profundissimus, Episcopi peramœna sedes.

Augia Diues, vel Magna: *Richenau*, in extremo lacu Brigantino, vbi cœnobia putant sepultum esse S. Marcum (indignantibus Venetis) quare dum legunt Euangelium S. Marci eius tumulum digito indicant: vnita est Episcopatu hęc Abbatia.

*l'Enef-
ché de
Con-
stance.*

Augia parua: *Memouu*, in inferiori parte lacus, Equitum Teutonicorum.

Arbor felix, seu Arbor: *Arbon*, cum castro, hinc nouacula acutissimæ celebrantur.

Episcopium: *Bischoffzell*, ad lacum *Bodenzée*.

HE-

NELLEMBVRGVM, *Nellembourg*, cum castro Marchionatus ditionis Austriacæ.

Stokasium: *Stokach*, Lantgrauatus Nelléburgici caput

- GO-** } Hohen-Krogena : *Hohen-Kregen* , arx inexpugnabilis iuris Austriaci.
VIA } Hotten- villa : *Hohenuiel* , aliter *Ottenuiel* , arx inexpugnabilis in monte, Ducis olim Vittembergensis, nunc Gallici.
le He- } Radolpnicella, seu Rudolphi Ducis Sueviæ, *Ratofcell* ,
gonu. } olim Monachis diuitis Augiæ parebat , nunc Austriaco.
- KLE-** } **VALDHVSTA** : *Valdhust* , hoc est sylvæ custos, quia Helueticorum Eremum munit, ad eam urbem Fluiolus
GO- }
VIA } Gutta *Schlucht* , Rheno miscetur.
le Kle- } Cuffemberga : *Cuffenberg* , castrum egregiè munitum
gon. } Comitum *de Sulz* .
- SYL-** } **ROTEVILIA** : *Rotueil* , sic dicta à *Rett* , hoc est cohorte & *Vil* mansione, quia hîc confedere cohortes Cymbricæ : vrbs Imperialis & Resp. Heluetico fœderi coniuncta , fixa ad Necarim Fl. Hîc olim Camera erat Imperij à Conrado secundo Imperatore constituta : vrbs illa vario situ exædificata est , & parum æquali in loco. Ad hanc cæsus Guebriantius Galliæ fortissimus , & scientissimus Mareschallus.
- VA** } Villinga : *Villingen* , in Comitatu *de Bar* , ad Fl. Birgum : Hîc aquæ sulphuræ & aluminosæ multis morbis salutares : ditionis est Austriacæ.
- NI-** } Schiltachum : *Schiltach* , Ducis Vittembergensis.
GRA, } Guttenberga : *Guttenberg* , arx ita dicta à Fluvio cui adiacet.
- anti- } Fyrtemberga : *Furtemberg* , vrbs cum castro caput Comitatus, qui tamen pars est Comit. *de Bar* .
 quis }
 Martia- } Oberndoffia : *Oberndoff* , Comitum Cymbernensis, quæ se à Cymbris oriundum putat.
 na Syl- }
 ua, aut } Loffenga : *Loëffeng* , vrbs in palude, Comitum *de Furtemberg* .
 Heluc- }
 tiorum } Hoënberga : *Hoenberg* , Comitatus caput Austriacæ ditionis, cuius castrum dirutum à Roteuillianis.
 Eremus } Rotenburgum : *Rotenbourg* , ad Fl. Necarim, qui mediam secat, facitque duas vrbes, quarum Septentrio-

		nalis dicitur <i>de Rotenberg</i> , Meridionalis <i>Ehim</i> .
HODIE		Scemberga, aut Scomberga: <i>Scemberg</i> , aut <i>Scomberg</i> , in Comitatu <i>Hoenberg</i> .
SCHV-		Mons Barius: <i>le Mont de Bar</i> , limes huius Regionis.
VARZ-	RHINFEL-	RHINFELDIA: <i>Rheinfelden</i> , non procul à ruinis Augustæ Rauracorum, siue pa- go <i>Augst</i> . <i>Lauffenberga</i> : <i>Lauffenbourg</i> , vrbs munitif- sima in rupe collocata. Sanctio: <i>Seckingen</i> , in Insula quam Rhe- nus efficit. <i>Valdhusta</i> : <i>Valdhust</i> , in regiuncula <i>Kle- gou</i> , vt antè diximus, est tamen vna de quatuor vrbibus Syluestribus, non ta- men in Comitatu <i>de Rhinfelden</i> .
	DENSIS	
	COMIT. &	
WALDI	IV. VRBES	
	SYLVE-	
	STRES, le	
<i>la Fo- rest Noire.</i>	<i>Comté de Rhinfelden, & les quatre villes Fore- stieres.</i>	

§ 2. *Sueuia Cis-Danubiana*, la Suaube au deçà du Danube.

MORT- NAVIA	OFFEMBVRGVM Imperij municipium: <i>Offenbourg</i> , ad Fl. <i>Kintzig</i> , ab <i>Offone</i> quodam Anglo-Saxo- ne, redempta olim vrbs cum duabus sequentibus ab Episcopo <i>Argentinae</i> per <i>Marchionē Badenſē</i> . Cella: <i>Zell</i> , cognomento in <i>Hammerſpach</i> . <i>Gergenbachia</i> : <i>Gergenbach</i> , ad Fl. <i>Kintzig</i> . <i>Oberkikia</i> : <i>Oberkik</i> , Episcopi <i>Argentinae</i> . <i>Loria</i> : <i>Lor</i> , aut <i>Lar</i> , <i>Marchionis Badenſis</i> .
hoc est	
Regio la- tronum, le	
<i>Mortnan.</i>	
KREI-	HEIDELBERGA: <i>Heidelberg</i> , de quâ in <i>Palatinatu</i> : porro <i>Kreigouia</i> nomen accepit à Fluvio <i>Greich</i> , aut <i>Kreig</i> , qui eam alluit ciuitatem. <i>Vimpina</i> : <i>Vvempffem</i> , quasi tormentum <i>fœminarum</i> ob- crudelitatem, quam hîc Hunni in <i>fœminas</i> exercue- runt quasi <i>Vibpein</i> , antea dicebatur <i>Cornelia</i> : sita est ad confl. Fl. <i>Necaris</i> & <i>Iaxt</i> . <i>Sinshemum</i> : <i>Sinshheim</i> , olim sedes Comitum <i>de Kreich- gou</i> , cuius Comitatus dominus factus Episcopus, eam dedit deinceps Episcopus <i>Spirensibus</i> . <i>Grabena</i> : <i>Graben</i> .
GO-	
VIA	
<i>le Krei-</i>	

Hel-

chgon.

Hœldeshinum: *Heildeshaim*.
Eppinga: *Eppingen*.

- MAR-
CHIO-
N A-
T V S
- FAMI-
LIÆ
- B A-
DENSIS
- le Mar-
quisat de
Baden.
- BADA: *Baden*, vbi aquæ calidæ omnibus mor-
bis salutare, quæ per omnes penè ciuium
domos discurrunt. Hic Marchio Catholi-
cus viuit in palatio picturis suis celebratif-
simo.
Stolhoffa: *Stolhoffen*, vrbecula, sed egregiè
munita.
Binhemum: *Beinheim*, ad Occidentalem Rhe-
ni ripam.
Eberstinum: *Eberstein*, Comitatus titulo cla-
rum castrum.
- B A-
DEN-
S I S
- FAMI-
LIÆ
- D V R-
LACEN-
S I S
- le Mar-
quisat de
Durlach.
- DURLACVM: *Durlach*, vrbs egregia ad radi-
cem montis, vbi nobile Collegium & pa-
latium munitissimum Marchionis Luthe-
rani.
Erlinga: *Erlingen*, vrbs minuta, sed cultissi-
ma.
Phorca, vel Pfortzemum: *Pfortzeim* ad confl.
Fluuiorum *Vvirm*, & *Entz*, in syluâ *Ha-
genschies*, quæ est ora Syluæ Nigræ, vnde &
nomen inuenit, quasi porta Hercyniæ.
- D V-
C A-
T V S
- V I R-
T E M-
B E R-
- Regio hæc fertilissima, sed hoc sæculo miserè deforma-
ta est: indigenæ potissimùm nobiles, moribus sunt Gal-
lis quàm Germanis similiores.
STVDGARDIA: *Studgard*, Ducum sedes, vbi castrum
elegantissimum, & nobiles Senatorum domus.
Tubinga: *Tubingen*, ad Necarim vbi Academia: osten-
duntur etiam hîc rudera palatij Caracallæ Antonini.
Castrum habet in monte non temendum.
Sultia: *Suliz*, vbi castrum dictum *Albeck*.
Mekmulia: *Mekmul*, ad Fl. *Iaxt*, in regione riguâ, &
pascuis latâ.
Lauffa: *Lauffen*, ad Necarim Fl.
Marbakum: *Marbak*, ad eundem Fluuium.
Canstadium: *Canstad*, in vitiferâ regione.

Parall. Geogr. Tom. II.

M

- Virtemberga: *Virtemberg*, castrum non procul à *Cannstad*, vnde regioni nomen; à Virtungis populis sic dicta perhibetur.
- GEN- Ouena: *Ouuen*, iuxta quam indigenæ ostendunt rudera castrum *Tesh*, quod purant esse Tectosagum opus.
- Aurachum: *Aurach*, artificibus suis celebre.
- Schorndoffia: *Schorndoff*, ad quam sal excoquitur, hinc enim crebri falsi fontes.
- S I S } Bulachum: *Bullach*, ad quam urbem æneæ metallicæ.
- Nagoldia: *Nagold*, ad Fluum cognominem.
- le Duché de Virtemberg. } VRBES Haylbruna: *Hailbrun*, quasi fons salutaris, quoniam hinc aquæ morbis salubres, olim pagus, postea vrbs Imperialibus accensita ab Friderico I I.
- IMPE- Rutlinga: *Reutling*, ab extirpando dicta, quia hinc olim sylua, vbi Fl. *Echetz*, cadit in Necarim.
- RIALES } Esslinga: *Essingen*, à sonitu æris dicta, minuta Resp. ad Necarim Fl.
- Wila: *Vwill*, ad Fl. *Wurum* *Vurum*, non procul à Tubinga.
- COMI- } Holachum: *Hoenlo*, castrum vnde regioni nomen in TATVS } Othonis syluâ *Ossenuald*.
- HOLA- } Oringa: *Oringen*, in sylua Ottonis dans *Ossenuald*. CEN- } Hala, seu Salinæ: *Hall*, ad Fl. *Kokarum* *Koker*, ibi SIS } fons falsus vnde sal excoquitur. Resp. vbi olim duella permittebantur.
- Comté d'Hoenlo, ou Holach. } Sindinga: *Sindingen*, ad prædictum amnem.
- Ingoltinga: *Ingolsingen*, in valle Kokariana.
- Limpurgum: *Limpourg*, vnde pocillatores Imperij; ditionis Virtembergensis est.
- RAEM- } GAMVNDIA, vel Gamunda: *Gamund*, seu *Gamynd*, Gal- SIA } licè *Gemond*, quasi gaudia mundi, propter ludos à VAL- } Sueuicâ nobilitate hinc celebratos. Dicta olim fuit LIS } *Thiegarten*, à ferarum Viuario, quæ vox riuulo hæsit urbem alluenti. A Friderico Ænobarbo multis est cumulata immunitatibus.
- le Rem- } *stal*,

VIRA-
GRVN-
DIA } DINCHESPYLA, vel Dinckespula: *Dunckelpyhel* Ger-
manicè, nobis *Dunkespuel*, sic dicta à voce *Dunkel*,
quæ Zea herba est *de l'espeaute*, cuius hic magna co-
pia. Circa urbem multilacus, sita hæc ad Fl. Ver-
nicum *Vernitz*.
le Vira-
grund. } Eluangia, ita dicta ab Alce ferâ hic captâ: *Eluang*, ad
Fl. *Iaxt*, nobilis Abbatia, seu Præpositura *Preuossé*
d'Eluang, cuius Dominus Imperij Princeps: regio
frumento diues.
Chriffemum: *Kreissheim*, Ducis Virtembergici.

VERNITIA
VALLIS } Oetinga: *Oetingen*, ad Fl. *Vernitz*, Comitatus
le Val de Ver-
nitz. } caput, urbis incolæ religione dissentientissimi,
vnde mira confusio, dum alij seruant Kalenda-
rium reformatum, alij antiquum.

RIETIA } NORLINGA: *Norlingen*, quasi Nerolinga, vt vo-
le pays de
Rietz. } lunt indigenæ, ad Fl. *Eger*. Vrbs egregiè rigua,
Respublica ritè administrata: hic nundinæ ce-
lebrantur frequentissimæ.
Boffinga: *Boffingen*, vrbs Imperialis ad Fl. *Egram*,
Eger.

HANEN-
KAMVM, } Bappenheim: *Bappenbaim*, seu *Pappenbaim*, vrbs
hoc est Cri-
sta-Galli. } mercibus diues, vnde Dux hoc sæculo famo-
le Hanenkam. } sus.
Monhemum: *Monheim*, cuius laudantur a-
cus.

COMITA-
TVS } DILLINGA: *Dillingen*, ad Danubium, Episcopi
Augustani, vbi & Cameram suam fixit, ibique
frequenter commoratur, Academia celebris
Societatis nostræ.

DILLIN-
GANVS } Donauertia, seu Vertia: *Donauert*, ad confluen-
tes Danubij & Vernitij Fl. vbi peninsulam effi-
ciunt quæ Suevicè *Vert* dicitur, in præsentia
le Comté de
Dillinge. } est Bauarici iuris.
Lauginga: *Laugingen*, Ducis de *Neubourg*, hanc
tamen quidam in Palatinatu Bauarico locant,
perperam.



HERTELDIENSIS REGIVNCVLA
le pays d'Herfeld.

Lieftæmum : *Lieftaim*, in monte situm oppidum. *Herfeld* autem campum inamœnum & sterilem sonat linguâ Germanicâ.

BRENTIANA VALLIS
le Prentzhal.

Gensena, aut Giensena : *Gengen*, ad Fl. Brentium *Brentz*, aliter *Prentz*, in loco fertili collocata.

ALBVCHIA REGIO
l'Albuch.

Gissinga : *Gissingen*, sita in valle *Filzia*, sic dicta à Fl. *Filz*, & in Comitatu de *Helfenstein*, à cuius Comitibus empta est à Rep. *Vlmensi*. Eius castrum munitissimū in monte vicino *Schlossberg*, ab iisdem *Vlmenibus* dirutum est.

KOKARIANA VALLIS
le Kokerstal.

Allena, seu Aluena : *Allen*, seu *Aluuen*, ad Fl. *Kocarum Koker*, vnde nomen Valli.
Strafsdorfia : *Strafsdorf*.

THONSALIA VALLIS
le Val de Thonstal.

VLMA : *Vlm*, ab *Vlmis* arboribus, vel *Vlignæ* nomen habet, ad Fl. *Danubium* in quem hîc cadunt *Ilera* Fl. ex *Algeâ*, & *Blauus* ex Ducatu *Virtembergensi* profluentes, vnde hinc primūm *Danubius* nauigabilis. Olim in vrbe viuebant tantūm optimates, opifices in suburbiis. Resp. nunc optimè administratur.

COMITATVS ZOLERNENSIS
le Comté de Zolern.

Zolernum : *Zolern*, castrum in monte, cuius ad radices sita vrbecula.
Hechinga : *Hechingen*, cuius Comites magni nominis, & multarum diuitiarum in Germaniâ perhibentur.

CAPVT XIV.

Franconia.

FRANCONIAM adeo extensam à nobis esse nemo mirabitur, qui aliquid de antiquâ, & nouâ Germaniâ audierit. Hæc est Franciæ nostræ parens Regio, nominis sui adeò tenax vt in præsentia *Franconia* dicatur, quæ antea *Francia Orientalis* nuncupa-

